Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



22

toris totius substantiae meae. Sed quid dicam.
Lingua mihi deficit. quia mens non sufficit.
Domina. domina. omnia intima mea
sollicita sint tantorum beneficiorum tuorum
gratias exsoluant. sed nec cogitare possunt
dignas. & puda prferre non dignas. Quid
enim digne dicam matri creatoris. &
saluatoris mea peccata. per eius sanctam peccata
ta mea purgantur. per eius intercessionem
mihi incorruptibilitas donatur. per eius
uirginitatem anima mea adamatur. ad nomen
suum. & desponsatur deo suo. Quid inquam
digne referam genitrici dei & domini mei. per eius
fecunditatem captiuus sum redemptus. per eius
partum de morte aeterna sum exemptus.
per eius plenum pdiuus sum restitutus. &
de exilio miseriae in patriam beatitudinis
reductus. Benedicta in mulieribus hec
omnia mihi dedit benedictus fructus
uentris tui in regeneratione baptismatis
sui. alia inspe. alia inre. quamquam hec